

287. *Hieracium incanum* optime.
 208. *Genista pilosa*, e campis aridis.
 205. *Pedicularis rostrata*. in caule ad dextram figurae
 flos qui altissimus eminet labio suo superiore, demonstrat
 hanc esse veram,
 240. *Ononis minutissima* egregie.
 273. *Primula minima*, vivam numquam vidi.
 299. *Mucor fulvus*, sic ex figura judicarem
 206. *Pedicularis verticillata*.

82.

Celeberrimo D^{no} Jacquin C. Linné.

251. *Astragalus Cicer*, frequens in Regno Rutheno.
 227. *Prunus Mahaleb* in meo horto numquam perficit
 fructum, sed perfert hyemes.
 214. *Hyssopus officinalis*, idem omnino cum hortensi,
 differt foliis tantum paulo angustioribus.
 213. *Euphorbia dulcis*.
 253. *Silene*. Petis conoideae semina, sed neutram jam
 possideo amplius. Somnolentia Hortulani dudum periere
 et conica et conoidea, quas olim habui ambas eodem tem-
 pore, per plures annos.
 235. *Cacalia*. Difficile est saepe dicere quid varietas,
 quid species sit. Scio ex Tuo principio quod hae duae plan-
 tae erint totidem distinctae species, et dici posse et non po-
 tuisse refelli. pulchre quidquid sit, has duas plantas enu-
 cleasti cum suis differentiis. Si vero flosculi in altera 4fidi,
 in altera 5fidi v. in calycis foliis conglutinatis et flosculis in
 altera pluribus, suspendam iudicium meum, quod ex figura
 non liquidum evadit.
 215. *Linum flavum*.